excipere Salbancatum in Zuppis nostris Wielicien. emptum in eadem domo divendere necnon liquores omnis generis puta vinum Ungaricum et malmaticum Cerevisiam et mulsum necnon vinum crematum conficere et propinare mercimonia omnis generis ubique in Regno nostro exercere. Praeterea eundem Stanislaum Kichowsky a iurisdictione omnium Iudicum et subselliorum eximimus, eum vero nostrae duntaxat iurisdictioni reservamus. Ita ut occasione gravaminis cuiuscunque rerum et iniuriarum non nisi coram nobis et Iudicio nostro respondere teneatur. Quod ad omnium quorum interest notitiam deducentes eisdem Mandamus ut memoratus Stanislaus Kichowsky in libertatibus et immunitatibus ipsi a nobis concessis conservent conservarique curent. Pro gratia nostra officiique sui debito. In cuius rei etc.

Consensus ad cedendum

Sigismundus etc. Significamus

Consensisse nos consentireque per praesentes Generoso Paulo Sczerbicz Decretorum nostrorum Notario ut possit et valeat de toto iure suo quodcunque illi ad bona Advocatiae in villa nostra Neska ad Capitaneatum Leracien. pertinen. dictam atque ad summas in ea scriptas necnon ad fundum nostrum Sylvam vel desertam Kochelna dictam fundo villae nostrae Politowo adiacen. cum piscinis, molendino et incolis in ea consisten. competit in personam nobilis Joannis Sczerbicz filii sui coram quibuscunque actis autenticis et Castrensibus quocunque officio etiam civili condescendere, quam cessionem posteaquam idem Paulus Sczerbic fecerit nos eam ratam gratamque semper habituri non secus ac si ea praecedente consensu nostro coram nobis ipsis facta esset. Volentes autem eidem Joanni Sczerbicz ad insistendum paternis vestigiis bene de nobis merendi calcar addere eundem posteaquam ut praemissum est cessio illi per patrem facta fuerit in usu et possessione eiusdem Advocatiae et fundi praefati Kochelna cum omnibus eorum attinentiis ad extrema usque vitae ipsius tempora conservamus. Promittimusque verbo nostro Regio pro nobis et Serenissimis Successoribus nostris quod eundem Joannem Sczerbicz possessione praedictorum bonorum donec vixerit non privabimus neque Serenissimi Successores nostri privabunt sed eum in pacifica possessione eorundem bonorum conservabimus Serenissimique successores nostri conservabunt. Denique quoniam ex fundo praefato Kochelna quartae partis Reipublicae singulis annis grossi polon. Quinquaginta proveniunt, ideo si quid ratione trium partium proventuum nobis ad mensam nostram inde debetur id totum eidem Joanni Sczerbicz

propter merita patris ad extrema vitæ suæ tempora condonamus. In cuius etc.

Similis mutatis mutandis

Sigismundus etc. Significamus etc.

Consensisse nos consentireque per præsentes Generoso Paulo Scerbicz Decretorum nostrorum Notario ut possit et valeat de toto iure suo quodcunque illi ad Advocatiam in villa nostra Regnowo ad Capitaneatum nostrum Raven. spectan. ditam atque ad Sinar. in ea inscriptas ex libera cessione nobilis Alberti Mochlowskij non ita pridem eidem coram nobis facta competit in personam nobilis Pauli Scerbicz filij sui coram quibuscunque actis authenticis et coram officio quocunque etiam civili condescendere quæ cessio posteaquam sic uti præmissum est facta fuerit nos eam non secus ratam habituri sumus ac si præcedente consensu nostro coram nobis ipsis facta fuisset. Et insuper eundem nobilem Paulum Scerbicz propter patris illius merita posteaquam cessio illi facta fuerit usu possessione eiusdem Advocatiæ cum omnibus eius attinentijs ad extrema usque vitæ suæ extrema consignamus. Promittentes verbo nostro Regio pro nobis et Serenissimis Successoribus nostris quod eundem Paulum Scerbicz invitum eiusdem Advocatiæ possessione cum omnibus eius attinen. non privabimus neque Serenissimi Success. nostri privabunt sed eum in pacifica eius possessione donec vixerit conservabimus et Serenissimi Successores nostri conservabunt. In cuius rei etc.

Mandatum ad cons: Lubl:

Sigismundus etc. Significamus etc.

Famatis Proconsuli consulib. Advocato et Scabinis civitatis nostræ Lublinen. fid. nobis dilectis gratiam nostram Regiam. Famati Fid. nobis dilecti. Tulimus decretum nostrum inter Honestam Dorotheam Gizebienicka et cuiusdam puellæ Reginæ tutores Honestos Mathiam Drachowskij et N. Cives Lublinen. necnon Gregorium Muratorem itaque in causa quæ eisdem partibus coram Iudicio Fid. vestrarum occasione bonorum morte Honestæ olim Hedvigis Dominikowa sororis germanæ eiusdem Dorotheæ intercedebat quæ bona quidem mobilia prædictæ puellæ alijsque præter Gregorium legata fundos aream et bona immobilia actrici Dorotheæ Gizebienicka et per cessionem litis per eam filio suo Joanni factæ eidem Joanni adiudicavimus. Mandamus itaque Fid. vb. serio ut quamprimum ab eadem Dorothea vel eius filio præfato requisiti fuerint.